

ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣΜΑΘΗΜΑΤΑ 21 - 25ΚΕΙΜΕΝΟ 21º

Brenno duce Galli, apud Alliam flumen deletis legionibus Romanorum, everterunt urbem Romam praeter Capitolium, pro quo immensam pecuniam acceperunt. Tum Camillus, qui diu apud Ardeam in exilio fuerat propter Veientanam praedam non aequo iure divisam, absens dictator est factus; is Gallos iam abeuntes secutus est: quibus interemptis aurum omne recepit. Quod illic appensum civitati nomen dedit: nam Pisaurum dicitur, quod illic aurum pensatum est. Post hoc factum rediit in exilium, unde tamen rogatus reversus est.

- Να συμπληρωθούν οι τύποι που ζητούνται:

|                                                                          |                       |
|--------------------------------------------------------------------------|-----------------------|
| <b>duce:</b> δοτική πληθυντικού                                          | <b>ducibus</b>        |
| <b>flumen:</b> ονομαστική πληθυντικού                                    | <b>flumina</b>        |
| <b>pecuniam:</b> αφαιρετική ενικού                                       | <b>pecuniā</b>        |
| <b>iure:</b> αιτιατική ενικού                                            | <b>ius</b>            |
| <b>exilium:</b> γενική ενικού                                            | <b>exilii - exili</b> |
| <b>everterunt:</b> α' ενικό οριστικής μέλλοντα της ίδιας φωνής           | <b>evertam</b>        |
| <b>divisam:</b> γ' ενικό οριστικής μέλλοντα της ίδιας φωνής              | <b>dividetur</b>      |
| <b>absens:</b> β' ενικό οριστικής παρακειμένου                           | <b>afuisti</b>        |
| <b>dedit:</b> β' ενικό οριστικής ενεστώτα της ίδιας φωνής                | <b>das</b>            |
| <b>pensatum est:</b> γ' πληθυντικό οριστικής παρατατικού της ίδιας φωνής | <b>pensabatur</b>     |

**ΚΕΙΜΕΝΟ 23<sup>ο</sup>**

Aegrotabat Caecina Paetus, maritus Arriae, aegrotabat et filius. Filius mortuus est. Huic Arria funus ita paravit, ut ignoraretur a marito; quin immo cum illa cubiculum mariti intraverat, vivere filium simulabat ac marito persaepe interroganti, quid ageret puer, respondebat : "Bene quievit, libenter cibum sumpsit". Deinde, cum lacrimae suae, diu cohibitae, vincerent prorumperentque, egrediebatur; tum se dolori dabat et paulo post siccis oculis redibat. Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium moverat; fuerat Paetus in partibus eius et, occiso Scriboniano, Romam trahebatur. Erat ascensurus navem; Arria milites orabat, ut simul imponeretur. Non impetravit: conduxit piscatoriam naviculam ingentemque navem secuta est.

- Να συμπληρωθούν οι τύποι που ζητούνται:

|                                                                                   |                       |
|-----------------------------------------------------------------------------------|-----------------------|
| <b>filius:</b> κλητική στον ίδιο αριθμό                                           | <b>fili</b>           |
| <b>funus:</b> ονομαστική πληθυντικού                                              | <b>funera</b>         |
| <b>cibum:</b> ονομαστική στον ίδιο αριθμό                                         | <b>cibus</b>          |
| <b>arma:</b> αφαιρετική στον ίδιο αριθμό                                          | <b>armis</b>          |
| <b>ingentem:</b> ονομαστική πληθυντικού του ουδετέρου γένους στο συγκριτικό βαθμό | <b>ingentiora</b>     |
| <b>mortuus est:</b> β' ενικό οριστικής μέλλοντα                                   | <b>morieris / -re</b> |
| <b>respondebat:</b> ο ίδιος τύπος στην υποτακτική ίδιου χρόνου και φωνής          | <b>responderet</b>    |
| <b>sumpsit:</b> γ' ενικό οριστικής μέλλοντα της ίδιας φωνής                       | <b>sumet</b>          |
| <b>egrediebatur:</b> β' πληθυντικό υποτακτικής παρατατικού                        | <b>egrederemini</b>   |
| <b>occiso:</b> γενική ενικού του θηλυκού της μετοχής του ενεργητικού μέλλοντα     | <b>occisurae</b>      |

**ΚΕΙΜΕΝΟ 24ο**

Cum P. Cornelius Nasica ad Ennium poetam venisset eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset eum domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu id dixisse et illum intus esse. Accipe nunc quid postea Nasica fecerit. Paucis post diebus cum Ennius ad Nasicam venisset et eum a ianua quaereret, exclamavit Nasica se domi non esse, etsi domi erat. Tum Ennius indignatus quod Nasica tam aperte mentiebatur: «Quid?» inquit «Ego non cognosco vocem tuam?» Visne scire quid Nasica responderit? «Homo es impudens. Ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi te domi non esse; tu mihi ipsi non credis?»

- Να συμπληρωθούν οι τύποι που ζητούνται:

**Ennium:** γενική και κλητική ενικού **Ennii - Enni**

**homo:** αφαιρετική ενικού και δοτική πληθυντικού **homine - hominibus**

**illam:** την ονομαστική ενικού του ουδετέρου γένους **illud**

**quid:** την ονομαστική ενικού του θηλυκού γένους **quis**

**sensit:** την υποτακτική στο ίδιο πρόσωπο, αριθμό και χρόνο **senserit**

**accipe:** α' ενικό οριστικής μέλλοντα της ίδιας φωνής **accipiam**

**quaereret:** ονομαστική πληθυντικού του ουδετέρου της μετοχής ενεστώτα **quaerentia**

**indignatus:** την αντίστοιχη μετοχή ενεστώτα **indignans**

**mentiebatur:** β' ενικό οριστικής μέλλοντα **mentieris**

**credidi:** ονομαστική πληθυντικού του αρσενικού της μετοχής μέλλοντα **credituri**

**ΚΕΙΜΕΝΟ 25ο**

Cato attulit quodam die in curiam ficum praecocem ex Carthagine ostendensque patribus "Interrogo vos" inquit "quando hanc ficum decerptam esse putetis ex arbore". Cum omnes recentem esse dixissent, "Atqui ante tertium diem" inquit "scitote decerptam esse Carthagine. Tam prope a muris habemus hostem! Itaque cavete periculum, tutamini patriam. Opibus urbis nolite confidere. Fiduciam, quae nimia vobis est, deponite. Neminem credideritis patriae consulturum esse, nisi vos ipsi patriae consulueritis. Mementote rem publicam in extremo discrimine quondam fuisse!". Statimque sumptum est Punicum bellum tertium, quo Carthago deleta est.

- Να συμπληρωθούν οι τύποι που ζητούνται:

**Cato** : αφαιρετική ενικού **Catone**

**patribus**: γενική πληθυντικού **patrum** ( = οι Συγκλητικοί )

**arbore**: ονομαστική ενικού **arbor**

**quae**: αιτιατική πληθυντικού του αρσενικού γένους **quos**

**vos**: δοτική ενικού στο α' πρόσωπο **mihi**

**attulit**: τον ίδιο τύπο στον ενεστώτα **affert**

**decerptam esse**: το απαρέμφατο ενεστώτα της ίδιας φωνής **decerpi**

**tutamini**: το ίδιο πρόσωπο οριστικής συντελεσμένου μέλλοντα (να ληφθεί υπόψη το υποκείμενο ) **tutati eritis**

**confidere**: β' ενικό προστακτικής ενεστώτα **confide**

**mementote**: γ' ενικό οριστικής συντελεσμένου μέλλοντα **meminerit**